ꝙ valeat. niſi diuina gr̃a manũ iacen
tis apprehendat. vnde nequiſſimũ eſt
peccare. ſed prius eſt ↄſuetudinem pec
candi facere. ab illo facile eſt recedere
ab hoc cũ labore reſurgit cum male cõ
ſuetudini repugnat. Habemus igitur
ex iam dictis quibꝰ modis orit aut ꝑ
petrat peccatum.

Capitulum .IIII. G

Nunc aũt vidẽ
dum eſt de peccatis capitalibꝰ
ſeu mortalibꝰ ⁊ circũſtantijs eorundẽ
Peccata ſiquidẽ mortalia ſiue capita
lia ſeptẽ ſunt in numero. videlicet ſu
perbia. ira. accidia. auaricia. gula. in
uidia. luxuria. que infinita mala cõfe
runt ↄmittentibꝰ ea. De hoc dicit hu
go de ſancto victore. Septem capita
lia ſunt vitia. videlicet ſuꝑbia. ira. in
uidia. accidia. auaricia. gula. luxuria.
Ex his tria hominem expoliant. nã ſu
perbia aufert homini deũ. inuidia ꝓxi
mũ. ira ſeipſum. Quartũ vero ſpolia
tum flagellat. quintũ flagellatũ eijcit.
ſextum eiectũ ſeducit. ſeptimum ſedu
ctum ſeruituti ſubijcit. Anima enĩ ratõ
nalis in ſanitate ſua vas eſt ſolidũ ⁊ in
tegrũ nullam habens corruptõem. quã
vitia venientia in eã hoc modo vitiant
⁊ corrũpunt. Per ſuperbiam inflat. ꝑ
inuidiã areſcit. per iram crepat. per ac
cidiam frangit. per auariciam diſꝑgi
tur. per gulam inficit. per luxuriã con
culcat ⁊ in lutum redigit. hec hugo.

H Et notandũ ꝙ vnum peccatũ
naſcit ab alio qđ ſic apparet. Supbia
q2 vult omnes precellere dolet ſi aliqs
ei equat. ⁊ ſic ex ea naſcit inuidia In
uidus vero q2 de facili iraſcit ei cui in
uidet. ideo ex eo naſcit ira. ſed ira cũ
ſe non ꝑt vindicare triſtat. ideo ex ira
naſcit accidia. Accidia vero ↄſolatõez
querens facit auarũ. Auarus aũt q2 in
tpalibꝰ abundat. magis exercere põt
gulã. Gula vero ꝓ ventris repletõnem
de facili ſpumat in libidinẽ ⁊ ita gene
rat luxuriã. Ecce quõ vnum vitiũ mor
tale naſcit ab alio. Sed nõnulli docto
res dicunt ꝙ ex ſupbia primo naſcit
inanis gloria. ex inani gl'ia inuidia. ⁊
ſic vitia ſubſeqũtia ꝓut ſupra poſitum
eſt. Unde per quendã ſic dr. Ex ſuper
bia naſcit inanis gloria. Superbꝰ enĩ
vult ab oĩbus laudari vt poſſit ab om
nibꝰ honorari. Ex hac aũt inuidia na
ſcit. q2 dũ laus appetit eadem alijs in
uidet. Ex hac iterũ ira. q2 dum mẽs ex
aliena felicitate torquet. neceſſe eſt vt
oculus mentis per iracundiã turbetur.
Ex ira aũt accidia. q2 dũ mens inordi
nate turbat omne bonũ in faſtidiũ ei
vertit. Ex accidia vero auaricia. quia
dũ turbata mens eſt triſtis ⁊ nullã in
terius ↄſolatõem ſentit. foris eã in ter
renis per auariciam querit. Ex auari
cia vero gula q2 qđ ↄgregauit auaricia
gula depaſcit. vñ dites ſolẽt eẽ guloſi
ſicut ille qui epulabat quotidie ſplen
dide. Ex gula aũt luxuria. q2 venter ⁊
genitalia vicina ſunt. Per vicinitatez
membrorũ ſequit ↄfederatio vitiorũ
Ex his itaqꝫ vitijs ſibiĩpſis ↄnexis q̃ſi
cathena ↄficitur qua pctõr ligatus ad
infernum trahit. hec ille. Beatus etiã
grego. faciens mentionẽ de eiſdẽ mor
talibus peccatis ſimilia ſentit. adiun
gens quaſdam deceptões quas predi
cta vitia ſuggerũt mẽti ad ſeducendã
eã atqꝫ peruertendã. Uñ de hoc. xxxi
moral. exponens illud. Exhortationẽ
ducum ⁊ vlulatuum exercitus. ſic di
cit. Temptantia quippe vitia que ꝑ in
uiſibile contra nos prelium regnanti
ſuper ſe ſuperbie militãt. alia more du
cum preeunt. alia more exercitus ſub
ſequunt. neqꝫ enĩ culpe oẽs pari acceſ
ſu cor occupant. ſed dum maiores et

pauce neglectam mentem preueniunt
minores etiã in numero ad illam ſe ca
teruatim fundũt. ipſa namqꝫ vitioꝝ re
gina ſupbia. dum deuictũ coꝛ plene ſce
perit. mox illud ſeptem pꝛicipalibꝫ vi
cijs quaſi quibuſdã ſuis ducibꝫ deua/
ſtandum tradit quos videlicet duces
exercitus ſequit̃. qꝛ ex eis ꝓculdubio
importune vitiorum multitudines ori
unt̃. Qð melius oſtendemus. ſi ipſos
duces ſpãliter vt poſſumus enumeran
do ꝓferamus. radix quippe cũcti ma/
li ſuperbia eſt. De qua ſcriptura teſtã/
te dr̃. Inicium oĩs peccati ſupbia Pri
me eius ſoboles ſeptem nimirꝫ pꝛinci/
palia vitia. de hac virulenta radice ꝓ
deunt. ſ. inanis gloria inuidia ira triſti
cia auaricia. ventris ingluuies. ⁊ lu/
xuria. nam qꝛ his ſeptem vicijs nos ca
ptos doluit. idcirco redemptoꝛ noſter
ad ſpũale liberationis noſtre pꝛelium
ſpiritu ſeptifoꝛmis gratie plenus
venit. Ex his quibꝫ videlicet ſeptem
quĩqꝫ ſpiritualia. duo quoqꝫ carnalia
ſunt. ſed vnũquodqꝫ eoꝝ tãta ſibi cog/
natione iungit̃. vt niſi vnum de altero
ꝓferat̃. pꝛima namqꝫ ſupbie ſoboles
eſt inanis gloria. qꝛ nimirum. dum va
ni nominis potentiã appetit. ne quis
hanc alius adipiſci valeat tabeſcit In
uidia quoqꝫ iram parit. ⁊ quanto in/
terno liuoris vulnere aĩmus ſauciat̃.
tanto etiam manſuetudo tranquillita
tis amittit̃. ex ira quoqꝫ triſticia oꝛit̃
qꝛ turbata mẽs quo inordinate ſe ꝯcutit
eo adijciẽdo ſe ꝯfũdit ⁊ cũ dulcedinẽ
tranquillitatis amiſerit nihil hanc ni/
ſi ex ꝑturbatiõe ſubſequens meroꝛ de
paſcit. triſticia quoqꝫ ad auariciã deri
uat̃. qꝛ dũ ꝯfuſum coꝛ bonũ leticie in
ſeipſo intus amiſerit. vnde ꝯſolari de
beat foras querit. ⁊ tanto magis exte
rioꝛa bona adipiſci deſiderat. quanto
gaudium nõ habet. ad qð intrinſecus

recurrat. poſt hec vero duo carnalia vi
tia. i. ventris ingluuies. ⁊ luxuria ſup
ſunt. Sed cũctis liquet ꝙ de ventris
ingluuie luxuria naſcat̃. dũ in ipſa di/
ſtributione membroꝝ ventri genitalia
ſubnixa eſſe videant̃. vnde dũ inoꝛdi/
nate reficit̃ venter aliud ꝓculdubio ad
ꝯtumelias excitat̃. Bene aũt duces ex
hortari dicti ſunt. exercitus vlulare
qꝛ pꝛima vitia decepte mẽti quaſi ſub
quadã ratione ſe inſerunt. ſed innume
ra que ſequunt̃ dum hanc ad omnem
inſaniam ꝑtrahunt. quaſi beſtiali cla/
moꝛe ꝯfundunt. Inanis aũt gloria de/
uictũ coꝛ q̃ſi ex ratione ſolet exhoꝛtari
cũ dr̃. Debes maioꝛa appetere. vt qua
poteſtate valueris multos excedere ca
etiam valeas ⁊ pluribꝫ ꝓdeſſe. Inui/
dia quippe deuictum coꝛ q̃ſi ex ratione
ſolet exhoꝛtari cũ dr̃. in quo illo vel il
lo minoꝛ es. cur ergo ei equalis vel ſu
perioꝛ non es. quanta vales. que ipſi
non valent. nõ ergo tibi aut ſupioꝛes
eſſe. aut etiã equales debent Ira etiam
deuictũ coꝛ q̃ſi ex ratione ſolet exhoꝛ
tari dicens. Que erga te agunt̃. equa
nimiter ferri nõ poſſunt. Nec imo pa/
tienter tolerare peccatũ eſt. qꝛ ⁊ ſi non
eis cũ magna exaſpiratione reſiſtit̃.
contra te deinceps ſine menſura accu/
mulant̃. Triſticia quoqꝫ coꝛ. quaſi ex
ratione ſolet exhoꝛtari cum dr̃. Que
habes vnde gaudeas cum tanta mala
de pꝛoximis poꝛtas. perpende cũ quo
meroꝛe omnes metuendi ſunt. qui in
tanto contra te amaritudinis felle ver
tuntur Auaricia quoqꝫ coꝛ quaſi ex ra
tione ſolet exhoꝛtari cum dicit. valde
ſine culpa eſt. ꝙ quedam habenda cõ/
cupiſcis. quia multiplicari non appe/
tis. ſed egre pertimeſcis. ⁊ quod ma/
le alius retinet. ipſe melius expendis
Ventris quoqꝫ ingluuies deuictum
coꝛ quaſi ex ratione exhoꝛtari ſolet cũ

dicit Ad eſum deus mundo omnia ꝯdi
dit. ⁊ qui bono cibo ſaturari reſpuit.
quid aliud q̃ꝫ munere ꝯceſſo ꝯtradicit
Luxuria vero deuictū cor quaſi ex ratō
ne ſolet exhortari cū dicit Cur te in vo
luptate tua modo non dilatas. cuꝫ qd̄
te ſequatᷣ ignoras. acceptum tp̄us in
deſiderijs expēdere debes. qꝛ q̃ꝫ citius
pertranſeat ignoras Si ei miſceri de
us hoīes in voluptate coitus nollet. in
ipſo exordio humani generis maſcu
lū ⁊ feminā non creaſſet Hec eſt ducū
exhortatio. que dū incaute ad ſecretuꝫ
cordis admittitᷣ familiarius iniqua ꝑ
ſuadet. quā videliꝫ exhortatōem exer
citus vlulans ſequitᷣ. qꝛ infelix anima
ſemel principalibꝫ vicijs capta. dum
multis iniquitatibꝫ in inſamiā vertitur
ferali iam inanitate vaſtatᷣ. hec grego.

Capitulum V.

Poſtquaꝫ dictū eſt de peccatis mortalibꝫ. ſiue
capitalibꝫ in genere. nūc videndū eſt
de vnoquoqꝫ vitiō ſeu peccato in ſpecie
Et primo de ſuperbia que eſt regina oī
um vitiorꝫ videndū eſt quid ſit I
Superbia vt dr̄ augu. eſt peruerſe celſi
tudinis appetitus. Nam ſicut dr̄ idem
beatus aug. Superbia inuidet omnibꝫ
ſuperioribꝫ. ſ. qꝛ illis non equatᷣ. infe
rioribꝫ ne illi equentᷣ ei. paribꝫ. quia
ei equantᷣ. Unde elatio animi eſt viti
um quo quis pati non vult prioreꝫ vel
parem. K Dicitᷣ autem ſuperbia
initiū omnis peccati triplici ratione.
Primo ꝓpter cauſaꝫ que inuenitur in
omni peccato. qꝛ in omni pc̄tō inuenitᷣ
ꝯtemptus dei qui eſt quedā cā peccati
Iſte aūt ꝯtemptus eſt auerſio a creato
re que in oī pc̄tō ē. vbi preponitᷣ bonū
ꝯmutabile bono incōmutabili. qꝛ ſicut
ſine caritate alie ꝟtutes ſunt nihil. ita
ſine ſupbia alia vitia nihil ſunt. abſtra

he ſuperbiam ⁊ habebis grām qꝛ deus
ſupbis reſiſtit. humilibꝫ aūt dat grām
Scdo qꝛ principiū fuit peccatorꝫ. hoc
enī in genere peccauit dyabolus in ce
lo. ⁊ primus homo in ꝑadiſo. Tercio
qꝛ naſcuntᷣ ex ea alia vitia vt ſupra di
ctū eſt L Sciendū aūt eſt ꝙ eſt q̄
druplex ſupbia vicꝫ cordis. oris. ope
ris ⁊ habitus. De qua beatus bernar.
adiungens quedam remedia ſic dicit.
Eſt ſupbia cordis. ſupbia oris. ſuper
bia operis. ſupbia habitus. Supbia
cordis eſt. qn̄ in oculis ſuis homo eſt
magnus. ꝯtra quam ſapiens orat di
cens. Extollentiam oculorꝫ meorū ne
dederis mihi. Supbia oris vel lingue
que ⁊ iactantia dr̄ eſt qn̄ homo non ſo
lum magna de ſe ſentit ſed etiā loquitᷣ
Unde p̄s. Diſperdat dn̄s vniuerſa la
bia doloſa. ⁊ linguam magniloquam.
Supbia operis eſt qn̄ homo quedam
ſuperba vt magnus appareat agit. De
qua iterꝫ pſal. Non habitabit in me
dio domus mee qui facit ſuperbiam.
Superbia habitus eſt qn̄ homo vt glo
rioſus appareat precioſis ſe ornat veſti
bus. Unde apoſtolus. Non in veſte ꝓ
cioſa. M Sunt autem quinqꝫ q̄
ad remediuꝫ tam mortifere peſtis a do
mino rationali anime ſunt ꝓpoſita. lo
cus. corpus. temptatio dyaboli. pre
dicatio xp̄i. ⁊ eius ꝯuerſatio. Locus
qꝛ exilium. corpus qꝛ onerosum. tem
ptatio qꝛ inquietat. predicatio chriſti
qꝛ edificat. ⁊ eius ꝯuerſatio qꝛ infor
mat. His quaſi quinqꝫ ſenſibus deus
humilitatem operatᷣ in anima. Sicut
enī anima eſt vita corporis. ita deus ē
vita aīe Et ſicut corpus mortuū eſt qd̄
per quinqꝫ ſenſus non vegetatᷣ. ita ani
ma mortua eſt que per hec dn̄o non hu
miliatᷣ. hec bern. Et qꝛ vita aīe deus eſt
⁊ ſine grā dei ac boīs opibꝫ aīa viuere
non p̄t. ido ſupbia valde fugienda eſt